



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hunoldi Plettenbergi[i] E Societate Jesu Introductio Ad Jus Canonicum

Plettenberg, Hunold

Hildesii, 1692

Caput IX. Differentiæ in libro 4. occurrentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62983](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62983)

Tit. XXXVIII.

27. Jure civili Patronus Laicus Ecclesie indignum presentans ea vice privatur jure suo *auth. de sanctiss. Epif. coll. 9. cap. Si quis orat.* At jure Canonico Laicus non privatur. *c. Cum vos de offic. ord. c. Pastoralis de jure patron.* Privatur tamen persona Ecclesiastica indignum presentans. *c. Cum in cunctis de elect.*

Tit. XXXIX.

28. Secundum Canones imponens nova & insolita vectigalia privatur communionem Ecclesie. *c. innovamus de cons. c. Paternarum 24. q. 3.* Secundum leges in exilium relegatur. *l. penult. C. Vectigal. nova institui non posse.*

Tit. L.

29. Secundum Canones Clericis studium juris civilis prohibetur. *c. Super specula de privil.* Secundum leges vero omnibus id permissum est. *arg. l. Nec non §. Quod eis ff. Ex quibus causis major.*

CAPUT IX.

Differentie quæ in Libro quarto Decretalium occurrunt.

Tit. I.

I.

EX sponsalibus inter consanguineos contractis, licet nulla sint, oritur

oritur tamen impedimentum publicæ honestatis. *c. ad audientiam de sponsal.* Quod jure civili oriri non videtur. §. Si impossibilis *Instit. de in util. stipul.* quamvis id expresse decisum non reperiatur.

2. Ad sponsalium solutionem secundum leges sufficit unius tantum sponsi dissensus. *l. 1. C. de sponsal.* Non vero secundum Canones. *c. 2. de sponsal. c. de illis de despons. impub.*

3. Qui puellam nec dum septem annorum uxorem duxit, eamq; conatus cognoscere, non tamen perfecit, non potest secundum Canones matrimonium contrahere cum consobrina. *c. juvenis de sponsal.* Id vero jure civili prohibitum non reperitur: *Bart. 110.*

4. Jure civili pubertas ex annorum numero æstimatur, qui in masculo est decimus quartus, fœmella duodecimus. *l. fin. C. quando tutor esse desin. Instit. quibus mod. tut. fin.* At jure Canonico ex habitu corporis & vigore naturæ desumitur. *c. Puberes. c. de illis c. fin. de despons. impub.*

5. Jure Canonico neque pœnæ, neque arrhæ promissio valet in matrimonio *c. Gemma. 29. de spons. & ibid. Gloss.* At jure civili arrhæ permittitur. *l. fin. C. Desponsal.* Non vero pœnæ promissio. *l. Titia 134. ff. de verb. oblig.* 6. Se-

6. Secundum Canones matrimonium metu in constantem virum cadente ipso jure nullum est. *c. Cum locum 14. &c. seq. de sponsal. c. Significavit De eo qui duxit in uxor.* Jure vero civili valere videtur. *l. Si patre ff. De ritu nupt. l. Si mulier 21. ff. De eo quod metus causa.*

7. Matrimonium inter Tutorem & pupillam, cujus curam gessit, damnatur jure civili. *l. Tutor ff. de sponsal.* Permittitur vero jure Canonico. *DD. in cap. penult. de secund. nupt.*

8. Si incertum an maritus captus ab hostibus in vivis sit, jure civili potest mulier post quinquennium alteri nubere. *l. uxores 6. ff. De divort. Novell. 22. §. Sed etiam captivitatis.* At jure Canonico id non permittitur nisi certa sit de morte prioris mariti. *c. In presentia 19. De spons.*

9. Jure Canonico ad matrimonium contrahendum à valentibus loqui verba requiruntur, in cæteris consensus nutu declaratus sufficit *c. Tue de sponsal.* Jure civili vero sufficit consensus quomodocunque declaratus etiam inter valentes loqui *l. nuptias ff. De R. I. l. cum fuerit ff. de condit. & demonstr.*

10. Jure civili præsumitur matrimonium inter cohabitantes simulque familiam tractantes. *l. in liberæ mulieris ff. de ritu*

ritu nupt. At jure Canonico non præsumitur matrimonium, sed necessaria omnino est solennitas nuptiarum. *c. Illud de præsumpt.*

11. Jure civili mulier rapta non est desponsanda raptori suo. *l. un. §. Sin autem C. de raptu Virg.* At jure Canonico id permittitur. *c. Accedens. de rapr.*

12. Secundum leges consensus Parentum requiritur ad filiorum matrimonium. *Instit. de Nuptiis init. l. Nec filium quidem famil. c. de nupt.* Non vero secundum Canones. *c. Cum apud De sponsal.*

13. Jure Canonico Pater invitam filiam maritare non potest. *c. 1. de despons. impub. c. cum locum. De sponsal.* Potest vero jure civili, nisi maritus persona sit indigna. *l. Sed quæ Patris ff. de sponsal.*

14. Jure civili non licet viro Uxorem verberare. *l. Consensu c. de repud.* Corrigere tamen potest. *c. Si quid alteri 7. q. 1.* At jure Canonico Clericis (de Laicis non exprimitur) permissum est Uxores suas custodire, ligare, verberibus & fame macerare *c. placuit, ut si 33. q. 2.*

15. Jure Canonico sententia in causa matrimonii sine scripto ferri potest. *c. Albericus 43. de Testib.* Non vero jure civili. *l. fin. C. de sententiis ex peric. recitandis.*

Tit. IX.

16. Jure Canonico tam servus, quam liber recte matrimonium contrahunt. *c. 1. de conjug. Serv.* At jure civili nec inter servos, nec inter Servum & liberam est matrimonium, sed dicitur contubernium. *l. cum ancillis. C. de incest. nupt.*

Tit. XIII.

17. Jure Canonico potest unius confessio, quod contrahentes sint affines matrimonium contrahendum impedire ad evitandum majus malum. *c. praeterea 12. de sponsal.* At jure civili unius testimonio non creditur. *l. jurisjurandi. c. de Test.*

Tit. XIV.

18. Ad probandam consanguinitatem Jure Canonico admittitur Testimonium de credulitate & auditu. *c. Quoties de Test. & attest.* Quod in jure civili non reperitur. *Bart. 39.*

19. In computatione graduum cognitionis alia jure civili, alia jure Canonico gradatio servatur. *Bart. 96. Strein. Tit. 8. diff. 9.*

20. Jure civili affinitas contrahitur ex legitimis nuptiis etiam sine copula *i. non facile §. affines ff. de grad. affin.* At jure Canonico ex sola copula, sive licita ea sit, sive illicita. *c. per tuas de probat. c. praeterea de mulier de spons.*

Tit

Tit. XV.

21. Jure Canonico propter impotentiam, quæ impedit usum matrimonii, si de ea constet, solvitur matrimonium, in dubio triennium expectandum est. *c. Laudabilem §. de frig. & malefic.* At jure civili indifferenter triennii experientia sumenda est. *Novell. de nupt. c. 6.*

Tit. XVII.

22. Jure Canonico omnis viri foeminaeque illegitima conjunctio prohibetur. *c. Tanta, qui fil. sint legit.* At jure civili Concubinatus quibusdam permittitur. *§. fin. Instit. De nupt. ff. de Concup.*

23. Jure Canonico per solum matrimonii contractum absque confectione instrumentorum dotalium legitimantur filii naturales eorum, inter quos tempore susceptæ prolis matrimonium esse poterat. *c. Tanta est. Qui fil. sint legit.* At jure civili ad effectum legitimationis filiorum naturalium confici quoque debent instrumenta dotalia *§. fin. Instit. De nupt. c. Per venerabilem. Qui fil. sint legit.*

24. Jure Canonico filii legitimi censentur, qui ex matrimonio publicò & bona fide contracto saltem alterius Parentis nati sunt, licet revera matrimonium ob impedimentum nullum fuerit. *s. 2. & penult. Qui fil. sint leg.* At jure ci-

vili tales filii spurii habentur. *l. 3. C. solut. matrimon.*

25. Jure Canonico nati ex damnato coitu non possunt eligi ad honores & dignitates. *c. 1. de fil. Presbyt.* Secus est jure civili. *l. Spurii ff. de Decur. l. generaliter §. Spurios posse eod.*

26. Jure Canonico non licet viro dimittere Uxorem suam excepta fornicationis causa. *c. Præceptum & c. Si uxorem 32. q. 5.* At jure civili pluribus ex causis repudium permittitur. *l. Consensu §. causas. C. De repud.*

27. Jure Canonico propter adulterium agitur tantum ad separationem thori, amissionem dotis & donatorum propter nuptias *c. Tuæ de procur.* non excludit tamen intrusionem in Monasterium. *c. Gaudeamus de convers. Conjug.* Sed jure civili adulterium olim pœna sanguinis puniebatur. *l. Castitati. C. ad l. Jul. de adult.* Hodie adultera detruditur in Monasterium. *Auth. sed hodie. C. ad l. Jul. de adult.*

28. Jure Canonico maritus etiam post quinquennium de adulterio uxoris queri & agere potest ad separationem thori. *c. Admonere 33. q. 2.* At jure civili post lapsum quinquennium non auditur. *l. miles §. adulterii reum ff. de adult.*

Tit.

Tit. XXI.

29. Jure civili mulier intra annum luctus transire ad secundas nuptias, idque sine pœna non potest. *l. 1. & 2. c. de secund. Nupt.* At jure Canonico statim marito mortuo alteri sine metu pœnæ nubere potest. *c. Super illa & c. fin. de secund. nupt.*

C A P U T X.

Differentiæ quæ in Libro quinto Decretalium occurrunt.

Tit. I.

I.

Jure civili accusare nemo invitus tenetur. *l. un. c. ut nemo invitus.* At jure Canonico Clerici coguntur ad denunciandum Sacerdotum scelera. *c. quapropter 2. q. 7. c. Cassam. Qui filii sint legit.*

2. Jure civili quoties ex eodem delicto plures actiones concurrunt, una erit eligenda. *l. Senatus ff. de accus. l. qui servum alienum ff. de oblig. & act. l. Nemo §. quoties ff. de R. l. Secus jure Canonico. c. 2. & ult. de eo qui in uxor. dux.*

3. Jure Canonico jurisdictio delegati prorogari non potest de persona in personam. *c. P. & G. de offic. deleg.* Potest vero jure civili. *l. 1. & 2. ff. de Judic.*

4. Jure civili Judex Laicus in causa

F 3

civilī